



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

59. Decisio Sacrae Rotae Romanae coram R. P. D. Bichio. Barchinonen.
Exemptionis. Lunae 20. Maii 1647.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](#)

voluti Chokier, de iuri d. o. d. in exemplis. l. q. 11. à n. 5. vers. nec erat necesse usque ad fin. Mastard. de prob. com. 713. n. 1. vers. primo si dicatur, & p. 2. Mar. Anton. var. res. lib. 3. res. 4. n. 1. Barbos. de potest. Episcopi alleg. 123. n. 11. vers. primo si Ponifex, & seq. Rota in Brun-difina iurisdictionis 9. Februar. 1579. coram Bubalo, & coram Seraph. dec. 1025 per tot.

2. Nec obstat visum fuit, quod Abbatissæ, & Moniales, necnon Fratres, & confessarii renunciaverint priuilegiis prædictis subiecto se, & bona iurisdictioni eiudem Episcopijnam ultra quam huiusmodi renun-tatio extorta fuit per vim, & metum ut firmatum fuit in prædicti causa sub die 29. Aprilis 1641, coram Eminentiss. Panzirio, & propterea nullius est roboris, & momenti tot. titul. ff. C. quod met. cau. Bart. in l. 1. §. 2. n. 7. ff. quar. rer. act. non datu. conf. i. de renunc. Rel. cons. 100. n. 122. & seqq. lib. 4. & firmatum fuit in Posuanien. Abbatis 15. Iunij 1646. coramme.

3. Adhuc dicebant DD. renunciationem prædictam non sustineri, ex quo non potest exemptus sine confessu Pontificis, cui immediatè subiectus est, renunciare priuilegii Apostolicis, & iurisdictionem alterius prorogare iex. est expres. in c. cum tempore de arbitri. ibi. Cum & si sponte volueris de iure tamen nequieris sine licentia Romani Pontificis renunciare &c., & notat ibi Abb. n. 2. idem Abb. in c. significasti n. 8. in fine, vers. conclude ergo, & n. 9. de for. comp. Castr. cons. 431. n. 3. vers. quod autem lib. 1. Ferret. cons. 102. n. 17. & 28. Gai. præf. obser. 40. n. 1. per tot. vbi n. 5. redditio-nem, quia interest superioris nè subditus ab alio iudicetur. Roderic. quæst. reg. tom. 1. quæst. 36. art. 5. col. 1. vers. præterea facit. Mandos. design. grat. §. exemptiones ab Episcopis vers. exemplis à iuri d. i. l. fol. mibi 121. Sanch. super Decalog. lib. 4. c. 39. sub n. 19. vers. prima negat Modernæ iure Abbatissæ & Monial. diff. 17. quæst. n. 2. & seqq. 9. & in puncto firmavit Rota dec. 456. num. 10. 14. & seq. dec. 461. numer. 20. & seqq. parie s. in recent.

4. Et quamvis glo. fin. in d. c. cum tempore de arbitri. firmet, sustinere repunctionem in præiudicium renun-ciantis, licet secus in præiudicium superioris, nihilominus quicquid sit de hiuusmodi opinione, quam in terminis exemptionis reprobatur Abb. in eodem c. cum tem-pore n. 7. ea ratione, quia priuilegium exemptionis respicit non solum favorem exempti, sed etiam ex-imentis, quorum ius est taliter coniunctum, & conne-xum, ut diuidi, & separari non possit, & firmavit etiam Rot. d. dec. 456. num. 11. & tribus seqq. & dec. 461. à n. 24. part. 5. recent.

5. In omnem casum non procedit in exemplo im-mediato subiecto Sedi Apostolica, ut aduerit Felin. in c. P. G. n. 13. vers. & intellig. de offic. & potest. Ind. deleg. Rota coram Seraph. dec. 1595. n. 7. vers. cum enim ipsi, & coram mem. Greg. XV. dec. 325. n. 23. ibique Add. n. 29.

6. Exceptio vero præscriptionis in partibus alias deducta nullo modo merebari allegari, tum quia illa non iustificabitur in facto, prout nec esset iustifi-canda, tum etiam quia dum in contrarium conflat de quasi possessione exemptionis, quæ sita per Fratres, & Moniales, cessat quæcumque præscriptio præterea per Episcopum circa exercitum iurisdictionis, quæ in om-nem casum non relevaret, cum non possit præjudicare iuribus Sedis Apostolica per iex. in c. ad audientiam in fines, ibi Abb. n. 12. & Felin. n. 17. de præscrip. amb. quas affl. C. de sacro. Ecc. Rota coram Seraph. dec. 1025. n. 22. vers. præter has, & num. 23.

7. Praesertim attento decreto irritanti in præfatis in-dultis Apostolicis apposito, propter quod inficitur quic-quid in contrarium gestum fuerit tam quoad titulum, quam quoad possessionem, adeo, ut per negligentiam, & non vñum, nullum fuerit eidem Monasteris præiudi-cium illatum ut post Archidiac. & alios probat Felin.

in c. cum accessissent n. 30. vers. quarto limita de confi-
d. Rota dec. 3. de priuile. in antiqu. & dec. 240. num. 4. par. 4.
diu. coram Buratt. dec. 704. n. 10. vers. tertio quia. Et
fortius vigore Confitut. san. mem. Urbani VIII. edita
sub die 5. Iunij 1641. incipien. Romanus Pontifer in
§ necnon reliqua omnia.

8. Minus relevat, quod iuxta Regulas eiusdem Ordini-nis in cap. 26. constituantur Episcopis tam Sororum, quam Prætrum dictorum Monast. etiorum Patet, ac vi-tator necnon etiam Index in omnibus causis, quia cum postea superuenient priuilegia exemptionis à Bonificio IX. de aliis Pontificibus concessa, per quæ omnis iu-
risdictio Ordinario competens in personas, & bona hu-
iis religiosis, sublata fuit, utique dubitari non potest,
quin fuerit derogatum dispositionem eiusdem reg. per
tex. in capite 1. e. const. in 6. Rota coram Greg. XV. dec.
267. numero 9.

9. Demum, ad id quod dicitur ex dispositione Con-cilij Trident. competere ordinario ius visitandi Monas-teria, & loca exempta, placuit pro min. DD. responsu
alias data in decisione Eminentiss. Cardinalis Panzirio-
li, nempe dispositionem prædictam non habere locum
in illis Ecclesiis, & Monasteriis, in quibus regularis
obseruantia exercetur, vt appareat ex verbis eiusdem
Conc. scilicet 21. c. 8. de reform. ibi. Propterea commandata
Monasteria &c. in quibus non vigerat regulis obser-
uantia &c. exempta ab Episcopis, etiam tamquam Apo-stolica Sedis delegatis annis singulis visitante & no-
rat Roderic. quæst. reg. rom. 1. quæst. 36. col. 3. tis. sed. b.
que diximus.

Et ita &c.

DECISIO LIX.

Sacre Rot. & Romane coram R. P. D. Bichio.

Barchinonef. Exemptionis.

Luna 20. Maij 1647.

§. 1. R Oralis sententia à R. P. D. Anco Corrado la-te confirmatio hodie in gradu appellationis revocata fuit in dubium, & pro confirmatione respon-sum, quia ex decisionibus editis in prima instanza coram b. m. Coccino, & coram eodem D. meo Corrado satis eius iustitia apprehenditur, ut dixit Rot. dec. 125. n. 4. p. 5. recent. & validitas apparer ex revolutione pro-cessum iuxta vulgarem decisionem Capit. dec. 160. p. 2. concurrente autem validitate, & iustitia sententia est confirmata Marc. Anton. de Amat, dec. 41. n. 3. Rot. dec. 207. n. 1. & dec. 295. n. 1. part. 5 recent.

2. Neque vrgit vñicum ex aduerso deducimus obie-
ctum nullitatis ex quo sententia sit concepta per abla-
tum ab solutum, ibi, salvo tamen & referendo Sententia
Sedis beneplacito, qui ablatum facit conditionem 1. à
testatore ff. condit. & demonst. Surd. dec. 268. n. 11. Coc.
dec. 47. n. 1. conditio vero efficit ut sententia tanquam
nulla veniat reuocanda, scilicet cum Index, ibi glo. in verb.
palam est circa fin. ibique Bar. n. 3. C. fin. & interloc.
omn. indic. l. 1. §. bidnum ibi sane quidem ff. quæd. appella-
lan. sit c. bidnum 2. quæst. 6. Franc. in c. præter num. de
appellat. Guidop. dec. 67. n. 11. Ofaſe. dec. 146. n. 2. Quo
magis quia hactenus conditio beneplaciti Apostolici
purificata non fuit, ut per Io. Andri. ad ſpec. ſententia. de ſen-
tent. § in iuxta n. 17. vers. fi index, Bald. in d. l. cum index
n. 8. C. de ſenten. & interloc. omn. indic. Bv. ſat. in terminis ſententia conceperetur per ablatum ab solutum conf.
115. n. 6. & 2. seqq.

3. Nam pro responsive Domini animaduertentur,
quod ſententia in parte ſubſtantiali nullam habet con-
ditionem, fed purè & absolute declarat Capitulum &
Canonicos Cathedralis Barchinonefis, & singulos
eorum

totum fuisse, & esse immunes penitus plenaq; ac libera gaudere, & frui debere immunitate, & exemptione ab omnibus & singulis gabellis, impositionibus, & oneribus per Cuntatem Barchinonæ leuillius Gubernatores, Rectores Consiliarios, Ministrorum, & alios quocumque pro ea impositis, & imponendis tam ratione quarumcumque retum ac bonorum separabilium quam inseparabilium, id est quæ à Mercatoribus vel aliis Laicis postquam in Ciuitate fuerint introducta Clerici emunt pro victu, ac ceteris quibuscumque ipsorum ac familiarium vībus.

4. Conditio autem illa faluo & refutatio &c. adiecta est in Capitulo separato in quo firma semper remanente totali immunitate Canonicorum superioris dispositio ac pure declarata Iudex pro facilitiori executione huiusmodi immunitatis respectu bonorum inseparabilium pronunciavit Ciuitatem teneri in fine ciuiuslibet anni restituere eisdem Capitulo & Canonicis quidquid importabit rata onerum & gabellarum impositarum pro tempore super bonis inseparabilibus, hoc est quæ Clerici à Mercatoribus, seu alii quibuslibet vendoribus pro ipsofum ac familiarium, & Capituli vīsu emissent in Urbe sequendo in hac parte præsum traditam ab Azor. inf. moral. par. 2. lib. 9. c. 1. § quinque priuilegium, vers. in dubium vocatur, que cum recipienda sit quatenus Cleri consenserunt, & Sedis Apostolicae beneplacito fuerit approbata, id est Iudex præstatam approbationem, & consensum referunt, nec tamen exinde dicitur refrinxisse, aut aliquo modo alterata liberam immunitatem Clericorum de iure competentem superioris pronunciatam ac declaratam, Pente. conf. 49. n. 15. lib. 1. Menoch. conf. 422. n. 33. Anton. de Amari. refol. 5. n. 25. Grammat. dec. 66. n. 5.

5. Cum igitur sententia in parte substantiali declaratoria immunitatis Clericorum dirimat prorsus controversiam omnemque habeat evidenter certitudinem, & nullam conditionem intrinsecam vel extrinsecam, conditio adiecta secunda parti pro facilitiori executione, ibi, in super pro facilitiori prefatorum executione, cum respiciat ordinem, & modum exequendi sententiam illam conditionalē, & per consequētū nullam non reddit, vt probat text. I. cum eorum 5. Cod. sent. & interloc. omn. iud. & notat ibi gloss. vers. præstant. Bart. in prime. Bursatt. conf. 15. n. 9. conf. 21. sub n. 2. in fin. Gabr. de sent. conc. 3. & 4. Vani. de nullit. sent. ex defect. processu. 116. & 117. Sacre de sent. & re indic. gloss. 14. 9. 7. n. 18. & 9. 14. n. 8. & 60. qui omnes dicunt rationē, quia tunc adhuc remanet sententia certa in parte substantiali, & principalis eius dispositio non suspenditur per ea quæ fuerunt adiecta circa ordinem exequendi, & facilitorem executionem, satisque est quod pars substantialis sit videlicet libera, ac secundum iustitiam, ac iudicij restitudinem prolata.

6. Et absolum videtur quod Ciuitas in hac parte impugner sententiam quando potius gratias agere debet, cum praxis illa respicit non tam fauorem Clericorum quam ipsius Ciuitatis, quia Clerici iuxta eorum immunitatem recusat possunt solvere ab initio pro bonis inseparabilibus ratam pretij quam auger solutio Gabella facta per venditorem, Atque hinc neque informantes pro Ciuitate allegare deberent quod nondum sit obtentum beneplacitum Apostolicum, & consensus Capituli, quia vitroque cessante non est locus prædictæ praxi favorabili ipsi Ciuitati, & Cletici gaudent ut supra totali immunitate ab initio & in limine emptionis bonorum inseparabilium, præter quod, cum consensus, & beneplacitum præstatum respiciat executionem, non impedit quominus interim sententia posse confirmari prout iacet, & sufficiet, quod utrumque intercesserit quando agetur de dicta praxis executione, vt per Cancer. war. refol. 1. om. 3. c. 17. de sent. & par. execu. n. 499. Peregr. de fideic. art. 50. n. 82. & 83. Surd.

conf. 186. n. 17. & conf. 410. n. 3. & seqq. Honded. conf. 98. n. 16. lib 2. Rot. in Bononiens. fideic. omisssi de Bolognensis 15. Martij 1641. coram bon. me. Merlino, § immo, & in eadem 27. Nouembris eiusdem anni coram R. P. D. Cavillo §. quinimo.

7. Rursus non obstat, quod sententia videatur contineat contrarietatem, eo quod in prima parte declarat Canonicos absolute immunes abique aliqua referentia beneplaciti Apostolici tam respectu bonorum separabilium, quam inseparabilium, in secunda vero reseruato dicto beneplacito declarat Ciuitatem tamen restituere in fine ciuiuslibet anni ciuilem Canonici, & in Capitulo quidquid importabit rata gabellarum super mercibus, & rebus per ipsos emptis, si enim iuxta tenorem prima partis Canonici non tenentur solvere nullaque actio competit Ciuitati contra illos pro gabellarum exactione, frustra compellitur Ciuitas ad restituentem vigore secunda partis, & è contra si Ciuitas tenet ad restituentem, praesupponit in necessarium antecedens, quod potuerit exigere id quod repugnat prima parti sententia. Nam fui responsum ciuitari contrarietatem ponderando quid secunda pars non excludit liberam exemptionem firmata in prima, sed quia accedente beneplacito Papa possum Canonici conuenire cum Ciuitate, vt pro bonis inseparabilibus solvante quidem vendoribus integrum precium, sed Ciuitas teneatur in fine anni restituere cuiuslibet illud plus, in quo credit premium ratione gabellæ, ideo in euentum in quem huiusmodi commentio fieret, Index condonauit Ciuitatem ad restituendam ut supra, & hic omnimodo alias possibilis intellectus accipiens est ad euitandam contrarietatem sententia, c. cum tu de refibus, cap. cum expeditus de elect. in 6. Alex. conf. 185. n. 4. & seqq. lib. 7. Butatt. dec. 912. n. 10. Rot. dec. 167. n. 52. par. 4. Dec. 736. n. 8. par. 4. tom. 3. recent.

DECISIO LX.

Sacra Rotæ Romane coram R. P. D. Ottobono.

Veneta Indulti.

Veneris 7. Junij 1647.

§. 1. Venerabile Monasterium S. Catharinæ Venetiarum Ordinis S. Augustini ingressa fuit nobilis Virgo Soror Priula de Priulis duarum germanarum sororum in eodem Monasterio professorum pietatem imitan^{lo}, & in sua acceptione pinguiorem elemosynam, & solito maiorem Monasterio tribuit, & insuper ea conditione fuit recepta, ne vocem, aut suffragium habebet dum viuerent aliae duas sorores Moniales. Quieuit per plures annos soror Priula, postea supplicauit S.S. mem. Urbano VIII. ut suffragij ferendi gratiam illi concederet, qui annis dummmodo exprelitus ad id Abbatissæ, seu Priorissæ & Monialium Monasterij capitulariter, & per secreta suffragia accederet assensus.

2. Verum dissidentibus Priorissæ, & Monialibus, reiecta petitione sororis Priulae, fuit denum pro illius parte supplicatum Sancti. D.N. vt eidem vocem actiuam, & passiuam concedere dignaretur, & obtenta gratia fuit expeditum Breue, quod presentatum Vicario Veneriarum mandauit equi, quod decretum fuit moderatum quousque verificata fuerint verificanda.

3. Appellauit Soror Priula ad Reuerendiss. Nuntium Venetiarum, qui mandauit exequi Breue Apostolicum, cui etiam decretum cum fuisset appellatum pro parte Priorissæ, Monialium, & causa effei deuoluta ad Ciuitatem, fuit mihi commissa cum clausula, parito nitens arbitrio R. ote. Vnde dedi dubium, An intraret arbitrium pro retardatione, aut pro exceptione Brevis, &

re ad